

*f. t. f.*  
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA

# MELANCHOLIA

*quam*

summo favente Archiatro,

*decreto & permisū*

ILLUSTRIS ET GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS  
MEDICÆ IN FLORENTISSIMA AD SALAM ACADEMIA,

Sub CLYPEO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI  
*atque EXPERIENTISSIMI,*

DN.

JOH. ARNOLDI FRIDERICI,  
Phil. & Med. Doct., Anatom. Chirurg. &  
Botanic. Professoris Publici celeberrimi, hodiè ejusdem fa-  
cultatis DECANI spectatissimi, Sereniss. Ducis Saxo-Altenbur-  
gici Medici Provincialis felicissimi,  
DN. Praeceptoris, Fautoris ac Promotoris magni & devenerandi,

## PRO LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES, INSIGNIA ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
solemniter ac legitimè capessendi,  
publicè examinandam proponit

JOHANNES CONRADUS FUCHS,

SMALCALDENSIS HASSUS.


In Auditorio majori

*ad diem Novembr.*

horis pro & pomeridianis.

---

JENÆ, literis WERTHERIANIS, ANNO M DC LXXI.



I. N. J.

# Procœmum

IN

DISPUTATIONEM

DE

# MELANCHOLIA.



I unquam ullus affe-  
ctus contemplatione ac venti-  
latione dignus extiterit , est  
certè Melancholia , quæ sanè  
non postremas, sed primas me-  
ritò tenet ; Ea enim est , quâ  
qui corripiuntur , omnem humanitatem , o-  
mnem hilaritatem , omnem societatem abji-  
cientes fugiunt : mœrore imbuti ab humani-  
tatis legibus degenerant , omnia brutorum mo-  
re perpetrant , cunctaque absque ullâ rationis  
scintillâ agunt .

Quid enim optabiliùs , quid præstantiùs ho-  
minibus à summo lumine & numine concedi  
potuisset , exceptâ sanâ ratione : Ea certè est , quæ

nos à brutis separat, quæ omnes nostras actiones dirigit, quæ, quid justum & æquum sit, monstrat.

Ratio est, quâ res cognoscimus: ratio quâ intelligimus, omnia capimus: ratio, quâ æternæ beatitudinis cupiditatem, insatiabilemque scientiarum appetitum persentiscimus: ratio denique est, quâ infinita bene capimus.

Quæ cum ita sint, nihil erit miserabilius, nihil ploratū dignius, nihil exitiabilis, quam rationem sanam, pretiosissimum ac incomparabilem hominum thesaurum amittere, atque sic hominem fuisse desinere.

Quod autem amissio hujus thesauri frequens sit in hac mortalitate, præprimis autem in Melancholicis, tam sacra quam profana testantur historiarum monumenta.

Hæc, quò sæpius invadit divinæ mentis sacrarium, eò majori allaborare conatū necessum est iis, quibus defensio sanitatis, tam totius corporis, quam partium ejus concedita.

Ideo & Ego de hac ammissione pro ingenii viribus in præsentiarum agere mecum constitui. Faxit Deus, ut omnes hi conatus vergant in Nominis Sui gloriam, multorumque ægrotantium salutem.

# CAP. I de nominali definitione agit.

**C**um multiplex N O M I N U M acceptio ac varietas facilè aliquem fallere possit , præcipue cum unum eundemque affectum pluribus interdum nominibus appellare plures conservaverint , id circò ad ipsius vocis explanationem germanamque acceptiōnē declarandam primō locō venimus ; cognito enim nomine , rei notitia facilè sequitur , accurataque vocum inquisitio sensum non tantum genuinum , sed ipsarum rerum intelligentiam parit .

παχωνυμία autem hujus vocabuli Melancholia quod attinet , seu quod idem est , μελαγχολία , ab Hipp. l. 6. aph. 30. dicitur διπλή τῆς μελαίνας χολῆς , ab atrabile , à materia scil. hunc morbum excitante , quæ à Fer- nel. l. 6. de part. morb. & sympt. fex sanguinis dicitur : Differentiam , quam quidam instituunt inter μελαγχολίας & μέλανα χολὴν , explicatam vide apud Gorrbæum defin. med. l. M. μέλανα χυμὸν veram melancholiā dici ad differentiam hypochondriacæ , ostendit Seibiz. l. 2. pract. p. 2. c. de melanb.

Humoris autem istius duo præprimis genera in corporibus nostris reperiuntur . Unum , quod est humor excrementius naturalis , qui circa lienem præcipue cumulatur , ex mente plurium , antiquorum præcipue , quando scil. lien obstruitur , ut sanguinis massa à fece melancholicā separari non possit . Hinc necessario fex ista circa hepar , mesenterium & alia similia loca viciniora subsistit , sursum evaporando in cerebrum , mentem perturbat .

Coincidit cum hac sententiâ Michael Joh. Paschal.  
in meth. curandi, c. de melanch. Cui tamen ex toto adsen-  
sum non præberet vult commentator ejus Petr. Paul. Pe-  
reda.

Alterum est excrementum p. n., ex adiustione hu-  
moris melancholici, sanguinei & biliosi genitum, &  
 $\muέλαν\chiολή$  atra bilis nominatum. Ex priore non poste-  
riore affectum huncce originem trahere dicti volunt  
autores.

Non enim nomen suum accepit à vomitu materiæ  
bilioſæ nigræ, ut sentit Cœl. Aurelianus: sed ab ipsâ mate-  
riâ morbum hunc inducente, uti Gal. 3. loc. aff. c. 7. & 2.  
meth. med. c. 2. refert Melancholiā inter affectus, qui  
à causâ nomen accipiunt.

Græcos Latini imitati fuere, vocando Melancho-  
liam morbum atrabiliarum, ab atrâ bile ortum, teste  
Celsô lib. 2. c. 1.

Germanni etiam hujus vocabuli primordia ex Græ-  
co sumserunt onomastico. Vocant enim Melancholy/  
Schwermüdigkeit/ Melancholische Ergrirrigkeit.

STONNTMIA sequitur πάγωμα, ubi sumitur  
pro delirio maniaco ab Hippoc. l. 6. aph. 21., τοῖσι μανι-  
κόσιοι κιεσῶν ἢ αἵμορρόσι τηγενομέρων τῆς μαίνεις λύσις,  
insipientibus si varices superveniunt aut hemorrhoides, in-  
saniam solvunt.

Dicitur etiam οὐδεὶς vel οὐδεῶψ ab Hipp. in lib. θεογονί-  
ie. lib. de morb. mulier. succus enim melancholicus semi-  
per sero diluitur.

A Platone vocatur furor poëticus, uti manifestè ex-  
plicat in phædro, ὁς ἀνδρὸς μανίας Μέσων ὅπῃ ποιητικὰς γόργας  
ἀφίκηται πειθεὶς ως ἄρρεν ὡς τέχνης ικανῶς ποιητὴς ἐσόμενος  
ἀπλῆς ἀντὸς τηγανῆς πεινοῦσις ὑπὸ τῆς τών μανιομένων η τὸ σωφρο-  
σύνης ηφανέσθαι.

Democritus idem futoris genus intelligit, teste Cic.  
eer. l. 1. de divinationibus. Vocatur etiam simpliciter fu-  
tor, teste Cic. 3. Tuscul. quæst. Hinc sæpius fit, ut Hipp. iis  
indifferenter utatur, & unum pro altero accipiat, ut te-  
stantur Holler. com. 3. aphor. 53. Altomar. de medic. hum.  
corp. morbi cap. 8. Forest. l. 10. observat. 20. in Schol. Hinc  
etiam factum, uti testatur Prosper Alpin. med. meth.  
lib. 10. c. 11. quod multi celebres medici unam speciem  
sub aliâ comprehendenterint, & uno eodemque capite de  
ambabus verba fecerint, ut sunt Aretæus, Aurelianus, Pau-  
lus, & multi alii.

Vocatur etiam amentia in Platone in Theateto,  
amentium, inquit, aliquos Deos se putare, alios avium in-  
star volare se credidere, quæ solis melancholicis competit,  
& Galen. 2. de sympt. diff. cap. 3. classe 3., amentiam  
vocat ratiocinatricis facultatis paralyfin, quod etiam  
Fernel. lib. 5. pathol. cap. 2. sic explicat.

Quædam jam evolvenda venit, ubi notandum, quod  
hic sub nomine Melancholiæ, ἀπλῶς & simpliciter consi-  
derato, non omnis melancholia sive accuinulatio hu-  
moris melancholici intelligatur, sed εἰδικῶς & speciali  
denominatione & appositione partis affectæ scilicet ce-  
rebri.

Quod autem dentur speciales melancholiæ speci-  
es, ad oculum patet, & quotidiana experientia hoc suffi-  
cienter probat.

## C A P. II

### definitionem essentialēm ejusque rationem formalem exprimit.

H

DEFINITIONE ESSENTIA LI solici simus: ea enim  
omissâ res ipsa ignoratur.

Definitur autem Melancholia à Galeno lib. 3. de loc.  
affect. c. 7. & Paul. l. 3. c. 14. quod sit Delirium sive depravatio principum facultatum sine febre & furore, cum timore & tristitia, producta sensim ab intemperie frigida & sicca, humore vel vapore melancholico cerebrum occupante, & spirituum substantiam alterante orta.

Nos cum Mæbio dicimus, quod sit delirium seu depravatio imaginationis & ratiocinationis, sine febre & furore, cum timore & mestitia, à phantasmate depravato, & spirituum animalium impuritate dependens.

Non videtur essentiam hujus affectus perfectè explicare, quando Avicenna l. 3. fen 1. tr. 4. c. 18. & Savanarolla tr. 6. de aggrit. capit. c. 1. rubr. II. dicunt, quod sit mutatio imaginationum ac cogitationum à cursu naturali, ob complexionem melancholicam. Similiter se habet descriptio Arnald. de Villanova l. 4. breviar. c. 18. invenienda, ubi suspicatio animæ à timore ac pusillanimitate vocatur.

GENUS seu ratio formalis hujus affectus est delirium seu depravatio principum facultatum sine febre & furore.

Quod autem imaginatio & ratio lœdatur, Galen. de sympt. differ. c. 3. exprimere videtur, dum inquit, delirium plerumque contingere, dum neque recte imaginantur, neque aptè ratiocinantur.

Communis tamen est ferè omnium medicorum opinio, quod in melancholia sola imaginatio sit depravata, salvis cæteris facultatibus, ratione scil. & memoria: hoc Galenus etiam testari videtur l. 1. & Cels. l. 3. cap. 17. ejusdem sententiæ patronus existit. Aetius l. 6. c. 3. lœsam esse

esse in insanientibus imaginationem & ratiocinationem, servari autem memoriam, quod ex cantilenis familiaribus, quarum in furore non obliviscantur, judicat.

Nos in tali delirii specie dicimus, quod præprimis imaginatio lœdatur; ratiocinatio dein, non tamen semper juxta æqualem lœsionis modum, neque in omnibus, uti Aretæus lib. 1. de caus. & sign. morb. diuturn. cap. 5. loquitur. Melancholicorum enim imaginatio circa unam rem falsam plerumque, quam veram esse credunt, & phantasæ depravatae circa eam assentiuntur, aberrat. De reliquo prudenter sapienterq; ratiocinantur. Hujus rei exemplum habet Forest. lib. 2. observ. 15. de quodam mercatore, item Huartus scrutinii sui ingenior. cap. 7. de juvene recenset, quod deliraverit in eō tantum, imaginando se esse totius mundi monarcham, quâ ratione autem res publica posset administrari, summâ cum prudentiâ disserebat.

Non autem imminuuntur istæ actiones animales, tūm enim actiones imminutæ dicuntur, quando natura debiliter & imperfectè agit, & actionem vel longiore, quam par est, tempore perficit; vel etiam nūnquam perfectionem, quam debebat, assequitur: sed agunt depravatè, quia scil. principes animæ functiones non secundum naturæ præscriptum & ordinem agunt, sed vitiosè & contrariò modò actiones suas efficiunt.

Quod autem memoria neque in se neque ex accidente lœdi possit, sed semper illæsa maneat, nempe quoad deprivatiōnem, exinde liquet, quia probè recordari possunt, plerique sunt callidi, imò testantur historiæ nonnullæ, in delirio carmina elegantiora composuisse, & à morbo liberati earum rerum sunt memores, quas in ipso delirio effecerunt,

Hoc autem ut eò melius possit intelligi, sciendum, quòd tres sint melancholiæ gradus, I. Est mitissimus, quando ægroti solummodo sunt tristes, meticuloſi, solitariū agunt, diversa & incongrua ſibi imaginantur & non loquuntur. II. Qui incongrua & absurdā loquuntur, ſunt vagabundi, mœrore afficiuntur, pericula metuant. III. Quando non ſolum imaginantur, loquuntur, ſed & efficiunt.

Exempla exſtant apud Galen. lib. de diff. ſymp. c. 3. Ut autem veritas dictorum magis appareat, exempla ex fide dignis autoribus proponemus. Alexander Trall. l. 1. cap. 17. mulierem vidit, quæ ſibi imaginabatur, ut medium manus ſuæ digitum conſtrigeret, quaſi in ipſo totum orbem geraſtaret, ſimulq; plorans verebatur, ne, quando digitum inſleteret, totus orbis corrueret, & universa statim interirent. Sic Lemnius lib. 2. de complex. cap. 6. it. Horat. Augen. lib. 2. Epift. 2. Thomas Bartholin. centur. 1. hiſtor. anatōm. 69. lectu & annotatione dignas melancholicorum obſervationes recenſent. Objectum, ſive ſcōpus, & intentio eſt varia, imò ſæpius maximā admiratiōne digna, ita ut omnes eorum absurdæ imaginationes & depravatæ actiones haud facile comprehendendi nec certis classib⁹ includi queant. Totē enim ferè ſunt insanientium deliria, quòd dormientium ſomnia. Sic recenſet Bartholin. d. 4. de viro plebejo, ſanguine melancholicō turgente, qui naſum ſibi in eam magnitudinem excreviſſe imaginabatur, ut publico abſtineret, ne naſus à tranſeuntibus conculcaretur. Sic insignis quidam eruditus nates eſſe vitreas ſibi persuasit, timuitque rupturam, ſi conſideret. Sic Aretaeus lib. 1. diuturn. affect. cap. 9. ſcribit, quidam non bibebat, existimans eſſe

esse lutum, pertimescens igitur, ne humore dissolve-  
retur.

## CAP. III differentiam specificam ex- plicat.

DIFFERENTIA SPECIFICA in eo consistit, quod melancholici plerumque sint meticulosi & mœsti præter consuetudinem, nullam autem afferre possunt rationem meticulositatis atque mœstitiæ, quæ alicujus sit ponderis: & hisce à reliquis deliriis discernuntur.

Unde autem ista animi pathemata oriantur in melancholiâ, si quæritur, Resp. Galen. l. 3. de loc. aff. c. 1. fieri à colore atro humoris melancholici, qui phantasmata efficit nigra in cerebro. Verum Averrhoes hanc sententiam tanquam inanem rejicit, lib. 3. collect. dicens, quod talis color niger nullatenus in cerebro gignatur; deinde, quod color nihil efficiat, nisi sentiatur; cum autem color non sentiatur in capite, non efficit istos effetti, sed sunt potius ab ipsa cerebri substantiâ.

Non adest febris, nec delirium est perpetuum, phrenetici enim nunquam febre carent, teste Galen. 5. de loc. aff. 4.

Quando autem dicitur, quod adsit febris in melancholia, illud ex propriâ illius naturâ intelligendum non est, facile enim fieri potest, ut febris continua vel intermittens ex accidenti accedat ac superveniat.

Differentiæ specificæ loco additum fuit, sine furore, quod distinguitur à mania, quæ καὶ ἐξοχὴ furor & insania melancholica nominatur. Mania enim semper est cum febre & furore conjuncta, teste Hipp. 6. aph. com.

53. Συγκαυθίσις δ' αὐτῆς χολής ὅτι πλέον, ὡς μελαγχολίας  
πάσαις τραχεῖς ἦδη, μανιώδεις οὐανῶς καὶ θερόφραστος γίνονται.  
bilis flava si multum exuratur, ut jam ad atræ naturam  
magis accedit, furiosæ & immanes fiunt delirations.

Ait autem mœror & timor sint de essentia melancholiæ, dubitatur a multis, quia multi dantur melancholiæ per quam hilares & læti, qui continuo rident, canunt, alii se reges, alii monarchas esse putant. Verum ad hæc respondet Riverius, quod proveniant ex variis ac diversis melancholiæ gradibus & permixtionibus cum aliis humoribus. Hoc exemplò Parimenisci apud Hipp. s. Epidem. confirmatur, quando scilicet humor peccanti, id est, melancholiæ multum sanguinis permiscetur, tunc lætitia adest. Cui etiam adfertitur Aretæus lib. i. diaturn. pass. 6. cum scribit: ήν δὲ οὐαίρουντος αἰλούτην  
αἴλούτην Δέλχυστον, οὐαίρουντος αἴλούτην τοῖον πλεῖστον,  
si quid interdum ex animi mœrore laxamenti habetur,  
exhilaratio voluptasq; plurimis advenit.

Est autem delirium melancholicum symptoma facultatis animalis, & quidem in læsa actione. Actio enim tripliciter lædi potest, vel enim aboletur, vel imminuitur, vel depravatur, melancholiæ autem esse actionem depravatam facultatis animalis, uno confirmingant ore omnes, quæ respicit actiones principes, ηγεμονιὰς.

## CAP. IV subiectum introducit.

SUBJECTUM hujus affectū est duplex: primarium & secundarium.

PRIMARIUM est Cerebrum: ab ejus enim læsione omnia deliria suam quasi formalitatem nanciscuntur, uti hoc explicat Hippocrates lib. de morbo sacro his verbis:

Εἰδέναι γένη αὐτούς ταῖς, οἳ εἰς σδερὸς ἡμῖν αἱ πόνοις γίνονται, ποτὲ  
ΔΦερούνται, καὶ γέλωτε, καὶ παιδία, η ἐντεῦθεν, καὶ λύπαι, καὶ  
άνια, καὶ δυσφερούνται, καὶ κλαυθμοί. Καὶ τέτοιο φεγγύματος,  
καὶ γινώσκομέν τοῦ ἐσχετικοῦ καλά. τῷ ἐαυτῷ τέτοιο μὴ μα-  
νόμενα καὶ ΔΦεγγέομέν. *Nosse homines convenit, non*  
*aliunde nobis voluptates, latitias, risus & jocos, quam*  
*hinc contingere, itemq; dolores, molestias, tristitias & ejus-*  
*latus. Hac parte sapimus & intelligimus, & videmus, &*  
*audimus, & turpia & honesta cognoscimus. Eā ipsā & in-*  
*sanimus & deliramus.*

Afficitur autem cerebrum tūm secundūm suam  
substantiam, tūm secundūm spiritūs. In melancholia  
confirmata, & eā, quæ fit per idiotæcias, dum humor me-  
lancholicus in ipso cerebro colligitur & continetur, u-  
trōque modò afficitur.

In οὐκανθρῶπῳ, dum materia peccans nón in ipsa ce-  
rebri substantiā generatur, sed aliunde transvehitur,  
sufficit, si soli spiritūs influentes, pérque hos insiti alte-  
rentur & de statū suo dejiciantur, tractū tamen tempo-  
ris & ipsa substantia alterari & inquinari potest.

Ergo afficitur ut pars vivens, calidō nativō, humili-  
dō radicali, spiritibus influentibus & insitis instructa,  
secundūm qualitates primas & secundas. Quoad pri-  
mas vix fieri potest, cùm modus substantiæ in spiritibus  
alienatur, eorumque aërea & ignea natura in terream  
quasi degenerat, quin illi suō etiam modò redcantur fri-  
gidiores & sicciores. Quoad actiones, qualitates se-  
cundæ spirituum & substantiæ præprimis afficiuntur, in  
his enim præcipue instrumentalitas spirituum consi-  
stit. Subtilitas enim, tenuitas, luciditas, puritas, mobi-  
litas abolita sunt, aut imminuta.

Quænam verò cerebri pars afficiatur, Autores non

conveniunt. *Mercurialis* partem anteriorem affici dicit, ratio enim hâc in parte suum dominium habet; Huic alii contrariantur, medium cerebri partem accusantes, ubi phantasia resideat; Sicuti *Arnald. Villanov.* præ aliis facit, dum locum in melancholiâ læsum, medium cerebri cellulam ponit.

Dubium alicui moyere potest sententia *Cei*, cuius meminit *Galen. 3. de loc. aff. 7.* ubi in melancholiâ cerebrum affici dicit, non secundùm corpus, sed secundùm mentem. Benè tamen explicat *Pergam. d. locô*, quòd per mentem temperiem hâc intelligat, quæ varie in dicto affectu læditur, prout substantiæ inest. Quoad spiritûs affici, demonstrat *Thom. Erast. in disp. med.* Verum, cùm nulla sit certa facultatum animæ in cerebro sedes, dicimus, quòd tota cerebri substantia in melancholia afficiatur, secundùm substantiam & secundùm spiritûs animales, ut similare, temperatum, & organicum. Utrumque, & temperamentum & organicam constitutionem, confirmat *Abensina*, dum in hoc affectu malitiam complexionis frigidæ ac siccæ, complexionem luminosi ad tenebras permutantem in cerebro agnovit.

SECUNDARIUM SUBJECTUM est totum corpus, inque eō cor. Est enim sanguificationis & generationis humorum auctor primarius. Quòd autem non cerebrum, sed cum cerebro cor etiam afficiatur, extrâ dubium est. Sicuti enim in animi pathematibus vides, cor exultare, comprimi, angustari, tristari, ita & hâc aliter fieri non potest, passionibus imaginationis, (mœrore & tristitia,) diù perseverantibus, quin cor tandem in consensum non trahatur. Coafficitur autem cor præcipue in confirmatâ, & quæ est idioradiz, & diu durat.

Non-

Nonnunquam enim concomitanter, nonnunquam antecedenter causarum focus est.

Non est possibile, inquit *Avicenna*, ut delirium melancholicum fiat absq; communitate cordis: & propter hoc necessarium est, ut associetur cura cordis cum curâ cerebri in hâc ægritudine. Quæ fusiūs explica- ta videantur apud *Mercurial.* l. i. c. 10. præl. pract. Cor est officina quasi & principium, in quo melancholia in tali statû præternaturali generatur; Cordis enim temperies corrupta corruinpit temperiem aliarum partium.

## CAP. V de causæ immediatæ explanatione agit.

**C**AUSA IMMEDIATA ut aliorum deliriorum, ita præprimis melancholici, in spiritibus est quærenda. Estque nihil aliud, nisi *dispositio illa p. n. spirituum animalium opaca, crassa, ac tenebricosa cum depravatione phantasmatum.* Hoc declarat *Galenus 3. de loc. affec.* c. 7. & clarissimè repetiit *2. caus. sympt. c. 7.* Licet autem nonnulli depravationem phantasmatum solam pro causa primariâ habere velint, existimantes, spirituum vitium hîc concurrere solùm immediatè, melius tamen in jam dictâ lassione acquiescimus, hæc enim si adest, simul depravatio phantasmatum propter eam contingit. Omnis enim actio immediatè & principaliter profluit ex suâ facultate, quia autem facultates ex propriâ suâ naturâ alterari non possunt, necesse erit, ut, quando aberrant à suâ actione, illud ab aliquo extrinsecò eveniat. Extrinsecum autem illud est spiritus animalis, in quod facul-

facultas recipitur, quod tanquam instrumento utitur; hinc si sit, ut spiritus evadant frigidi & siccii, obscurè suas exercent operationes, ac depravatè cum mœrore & mœstitiâ.

Spiritus autem isti sunt duplicis generis, vel insiti vel influentes: Insiti pertinent ad ipsam cerebri temperiem, eamque constituunt; Influentes ex caloris foco, corde scilicet profluunt, hisque in officinâ spiritus animalis scilicet probè coctis fit animalis. Utrique in melancholiâ afficiuntur. Mala enim dispositio spiritus influentis phantasmata ita afficeré potest, ut aliter affectui repræsententur, ac reverâ sunt: unde à Galen. 3. loc. affect. c. 6. obscura & atra nominantur, & l. 2. causar. & sympt. mœrorem & tristitiam efficere dicit, ut l. 2. de sympt. caus. cap. 6. mutuatò ab exterioribus tenebris exemplò in hæc verba erumpit: ὁρῶμεν τὸ οὐρανόν γένετο τὸ φόβον τοῦ θεοῦ τοῦ σκοτίας. Οὐαὶ γνώσιν σκοτίᾳ παραχυθῆ τῷ λογισμῷ μοχθῆ της ψυχῆς, αἰναγκάλον δὲ τοῦ φοβεροῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὃς ἀντὶ τῶν αἰτίων τῷ φόβῳ συνεργεῖται τῷ σκοτίῳ. Videmus extra corpus nihil ita nobis terribilius, quam tenebras, ergo cum tenebra ratione circumfusæ sunt, necesse est, semper hominem timere, ut qui semper causam timoris cum corpore circumfert.

Aliam causam proximam agnoscunt Hier. Fracastor. l. 2. de intellectu, Roder. à Castro, Argenter, comm. in l. 9. art. parv. Galeni, intemperiem utpote, quæ tamen mediatarum numero meliore jure adsocianda. Ut & multum dubii in se habet Joh. Bapt. van Helmont opinio, tr. de sede morbi in anima th. 12. exposita, cum ibi vult, fabricam noxiarum imaginationum circa orificium stomachi dictum œsophagum esse, & ibi quoque immediatam melancholiæ causam querendam. Aliorum

rum Hermeticorum prius sublimatus ac Θ venenosum arsenicale certō modō, inter medias causas stare possunt,

Chimici obscurè admodum & confusè causas melancholiae explicant, rejiciunt primas qualitates, ac si meræ sint phantasticæ, & in spiritu vītæ venenō mercurii infecto causam quærunt, perhibentes, mercurium ex sublimatione à salibus venenositatem quandam assūmere, eamque spiritui vītæ communicare, ex quibus posteà melancholia oriatur.

Paracelsus tr. i. c. 5. de morb. ament. ita scribit: cum spiritum suum à se rejiciunt quatuor humores, ob sui redundantiam, eundemq; ad cerebrum sublimant, melancholia infertur, quatenus vītæ spiritui communicatur, eundemque enervat, & languefacit &c. Helmontii cogita-  
ta de melancholia, in libro ignota actio regiminis in-  
scripto thesi 26. qui in melancholia per vasa sanguiflua  
neque vapores neque humores deferri, sed stomachi,  
cui sensitivam animam, imò ipsam rationem adscribit  
centraliter, imperium dilatat, nemo facile intelligit,

Astrologi lunam accusant lumine vacuam, cum Sa-  
turno conjunctam imprimis in horoscopo. Deinde Mer-  
curius à Saturno in horoscopo lāsus, homines ad me-  
lancholiā summē proclives notat.

Causa pravæ hujus spirituum dispositionis, sine  
quâ non, quæ inter proximiores primum obtinet lo-  
cum, est humor melancolicus, qui (i) spiritibus anima-  
libus hanc obtenebrationem conciliat, frigidā & sicca  
temperie stipatus, ad figendos & densandos spiritus ma-  
ximè conducens. Idque vel immediatè in capite, vel  
mediate in toto corpore aut nonnullis ejusdem parti-  
bus, ut liene, qui, juxta commune sentiendi placitum,

est officina, in quâ humor melancholicus coquitur, generatur & perficitur, quamvis limitationem pati possit bene hæc opinio. (2) vapor ab humore in vasis mafaraicis, hepate, intestinis, utero, & aliis corporis partibus stagnante, ortus, & ad cerebrum missus melancholicum hoc phantasma excitat. (3) impedita sanguinis circulatio hūic malo incunabula præbet, sanguis enim quietus, vel in vasis consistit, vel lentè movetur, sive hoc fiat in totō corpore, sive in aliquā parte; vel putreficit, vel inflammatur, vel in fatus resolvitur; hinc spiritus pauci & impuri generantur, ad cerebrum delati posteā malum hoc augent & producunt.

*Viae* autem, per quas humores & vapores ex infimi ventris partibus ad cerebrum transvehuntur, sunt secundūm veteres venæ; secundūm Harvejum & recentiores arteriæ. Utraque vasa possunt accusari.

Cur autem melancholici tam absurdā, ridiculosa, & quæ ferē incredibilia videntur, sibi imaginentur, hoc ex proximā melancholiæ causā patet. A vitiosā scil. dispositione spirituum, qui à vaporibus melancholicis inquinantur, turbantur & agitantur.

Sunt autem melancholicorum deliria instar phantasmatum somniantium, nihilque ferē aliud, quam vigilantium somnia. Sicuti enim dormientes mira & absurdā componunt: ita melancholici tanquam vigilantes idem faciunt. Hic non incommodē adduci poterit similitudo, quam Aristoteles *l. de insomn. c. 3.* affert: Sicuti enim in aquā commotā aut nulla effigies redditur, quæ appareat, aut redditur obscura & flexuosa; immotā autem aquā nativa rei imago apparet, ita quoque cum dormientibus & delirantibus sese res habet.

Dicet aliquis, tenebræ spiritibus animalibus in-  
du-

ductæ, & color niger humoris melancholici, sensus internos afficere non possunt, quia nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu: recensita oculis non offeruntur, E. à sensibus internis non possunt percipi.

Verum huic respondet *Riverius*, quod color humoris melancholici, aut spiritus tenebricosus sensus internos respectu coloris non afficiat, sed, quatenus est aliquid præternaturale in cerebrô, quod actiones lædere potest.

Spiritus enim animales ad cerebri actiones ritè obeundas, puri, tenues ac perspicui esse debent; sin autem impuri, tenebricosi ac crassi fiunt, actiones cerebri vitiant, quatenus species à sensoriis transmissas, veluti inficiunt, sicuti vitrum coloratum species objectorum eodem modò infectas repræsentat. Huc etiam referri possunt occultæ qualitates; dispositio enim ista melancholicorum p. n. non est simpliciter opaca, sed occultum quid subesse, ex eo liquet, dum imaginationi satis fit, sanitati restituuntur, sicuti illi accidit, qui nassum magnum se habere putabat, farcimine appositò & remotò iterum convaluit.

## CAP. VI causas mediatas proximiores & remotiores recenset.

**C**AUSÆ MEDIATÆ PROXIMIORES, quarum jam ex parte facta fuit mentio, sunt HUMORES melancholici in sanguine contenti, qui spiritus animales tenebricosos & nebulosos reddunt. Generantur autem ac cumulantur ejusmodi humores (i.) in venis mesaracis, levi φλογώσις incalescunt, & capiti molesti esse pos-

sunt. (2.) In liene & hepate ex cibis crassi succi collecti, cum per alvum aut hæmorrhoides non exciduntur, affectus, animi deliquia & duorum, mœstias melancholicas excitant, teste Gal. 6. loc. affect. c. 1. (3.) In partibus generationi dicatis à semine corrupto & retento. Quod præprimis foemini libidini indulgentibus, viduis & nubilibus virginibus accidit, auctore Galeno 6. aff. c. 5. (4.) In hypochondriis, circa mesenterium & lienem, quando vel propter obstructionem massa sanguinea à fece melancholicâ separari non potest, tunc per vasa communia spiritus animales inquinantur. (5.) In corde & totô corpore, quando sanguis melancholicus in vasis majoribus abundat, ad cerebrum delatus, malum producit. (6.) In ipsâ cerebri substantiâ, ut hoc ex antecedentibus patet.

In hisce partibus omnibus sanguis ex mente Galeni atrabiliosus fieri potest, interdum in una, interdum in pluribus simul affectis & diversâ temperie præditis partibus. Ut cum avulsa glæsa inter ventriculum occurrit & jecur, ille laborat intemperie frigidâ, hoc calidâ: Qualis oppositio in hoc affectu frequens est, unde variorum humorum miscella. Vapores consimili modō nocere, non solùm Galen. 3. de loc. affect. c. 7. docet, sed ad unum fermè omnes autores confirmant.

Similiter CAUSÆ REMOTIORES NATURALES sunt TEMPERAMENTUM vel totius corporis frigidum & siccum, vel ipsius cerebri, vel cordis. Qui enim naturâ frigidum & siccum cor habent, ad melancholiā facile inclinant, vel qui calidum habent cor, & cerebrum humidum, facile tentantur melancholiā, uti Avicenna docuit. Utrumque ergo temperamentum, frigidum & siccum, & calidum & humidum disponit ad hunc affectum, primum cumu-

Iando melancholiam naturalem in corpore, alterum copiosam generando melancholiam excrementitiam.

ÆTAS senilis ac consistens succedit, quod Galen. 3. aph. 30. confirmat de consistente, cui proprium est, generare melancholiam, Cælius Aurelianus l. i. diuturn. c. 5. juvenibus & mediâ in ætate sæpiùs accidere, quam senibus & pueris ostendit. SEXUS etiam huc spectat, viros proniores, fœminas rariùs succumbere hoc morbo, propter nimiam humiditatem, olim Aben Sina docuit. Hippocrates de virg. morb. mulieres præfert. Sunt enim humidiores & debiliores, & ob ingenii imbecilitatem facile depravatur earum imaginatio.

Ex rebus NON NATURALIBUS primò occurrit AËR frigidus ac siccus, vel etiam calidus & siccus. Calidus enim aër humores adurit: Frigidus, dum & inspiratione & per poros corpus nostrum intrat, corpus refrigerat, humores densat, poros claudit. Constitutio aëris ab anni vicissitudinibus multum variatur. Hinc autumnus admodum fertilis est ad malum hocce producendum. Unde etiam à Galen. 3. aph. 10. inter morbos autunnales refertur, ut & Her, teste Hippocrate 3. aphor. 20. τὸ μὲν ἡγετὸς παρία, τὸ μελαγχολία, τὸ τε ὄπλεψια &c. Etenim vere insania, melancholia & epilepsia, &c. vide Autorem. Item venti australes & boreales melancholiæ auxiliatrices manus porrigit.

Victus ratio maximum adjumentum confert. Hinc non absurdè Galenus dixit: Naturas optimè constitutas ab erroribus in victu commissis maximè affici posse. Peccant autem præprimis cibi & potus crassi, saliti, fumè indurati, mali succi, dūces, vinum crassum ac tartareum, aqua impurior, cerevisia non probè defecata & recens: quid hæc valeant, testatur Abenzoar, Tezir. l. 1. tr. 9. c. 9.

SOMNUS turbulentus, excessivus, profundus, somniis plenus, non recte institutus, nimis longior, pigros ac torpidos sensus reddendo multum occasionis potest subinistrare. VIGILIÆ immodecæ & diurniores, cum profundâ meditatione, & nimiâ animi intentione suâ non carent damnô. Hinc etiam sit, ut maxima pars litteratorum, qui lucubrationibus nocturnis continuis incubunt, non tam corpore, quam animo ladanur.

Motus inmoderatus, exercitia intempestivè statimque à sumto cibo instituta, vel nimiâ pigritia & ocium, vita sedentaria, humores cumulant, & obstructio-nes faciunt.

EXCRETA & RETENTA peccant, quatenus ea, quæ naturaliter excerni debebant, retinentur, aut retinenda excernuntur, ut alii feces, urina, mensium suppressio, hæmorrhoidum intempestiva evacuatio: Quæ omnia mentem à naturali constitutione dimovere valent, teste Gal. l. 3. de humor. c. 26. & Zaceutô Lusit. l. 1. prax. admir. obs. 50.

ANIMI ~~naufragia~~, ut mœror, cordis angor, tristitia sola multos ad melancholiā disponit, teste Quercetanô in diet. polyhist. Spiritus enim dissolvunt, corpus refrigerant & exsiccant, coctionem vitiant, itaque melan-cholicos affectus inducunt, uti hoc multis probari posset exemplis, si temporis penuria permitteret. Interim vide Mercuriale tomô 3. consult. 3. Plater. l. 2. observ. it. tomô 1. pract. c. 5. Christophor. à Vega lib. 3. de arte med. c. 14. &c.

CAUSÆ PRÆTER NATURALE S etiam ad melan-choliā disponunt, ut sunt febres prægressæ, teste Galeno 3. de loc. affect. c. 7. Mania plerumque terminatur in melancholiā, item epilepsia, phrenitis, contusio,

vulnera capitis, passiones hystericae, philtrea. De quibus omnibus plena sunt practicorum scripta, quae sæpe corpus & animum ad melancholiā disponunt.

RES SUPRA NATURAM à gravissimis sacrarum profanarumq; rerum historiographis agnoscuntur, quod permisso supremi numinis spiritus impuri corporibus sese insinuent, retentique bonam vastent valetudinem. Sed hosce fines transgredi nolentes, aliis considerandum relinquimus, an cacodæmon immediate, an mediante humore melancholicō ægrotorum corpora mirificis modis instruere queat, ut admiratione digna, & supra vires humanas facere, de secretis naturæ disputare, linguas exoticas, quas nunquam didicerunt, loqui sciant. Ulteriore de hac materiā informationem qui desiderat, adeat Job. VVierum cap. 25. lib. 4. it. c. g. 10. & seqq. lib. 3. de lamiis.

## CAP. VII. De melancholiæ differentiis in genere.

DIFFERENTIA RATIONE GENERIS melancholiæ est varia, prout ipsum delirium est varium. Alia enim est communiter suinta cum mœrore & tristitia, alia cum aliquali truculentia. Alia hæreditaria, alia magna, parva alia. Respectu temporis, alia est recens, alia inveterata, quæ plerumque usque ad mortem comitari solet. Alia continua, quando fomes in ipsa cerebri substantia jacet, alia intermittens, quæ certas temporis periodos observat, & est per consensum. Alia vehemens, quæ ad

maniam accedit, quæ neque precatiis persuasionibus neque plagiis inhiberi potest, alia mitis, quæ facile componi potest.

Ratione subjecti, quædam est cerebri, quædam hypochondriorum, alia uterina, alia totius corporis, alia per essentiam, alia per consensum.

Respectu Causæ efficientis. totuplex est melancholia, quotuplex est varietas causarum. Velenum solabilis, vel sanguis adustus, vel cruditates obstructiones facientes accusantur. Humor enim melancholicus in aliis est purior sive melior, in aliis impurior sive deterior: In aliis planè aduritur, unde in maniam facile transit. Huc etiam ipsius cerebri & totius corporis constitutio spectat. Sicuti enim, inquit *Sennertus*, vinum mores potentium mutat, ita humor melancholicus laborantium constitutioni sese accommodat. Huc referri quoq; potest vitæ genus, usus & consuetudo, & quæ sunt alia.

## CAP. VIII signa diagnostica continet.

**S**IGNA DIAGNOSTICA sunt duplia, communia & propria. Communia ab *Aretæo* sequentia recensentur. Sunt enim melancholici quieti, abjecti torpentesque absq; ullâ causâ, in iram proni, color corporis & faciei subniger, adspectus torvus, cum capite in terram demisso, vigilant, ex somno tumultuosè excitantur, tristes, meticulosi, mœrore imbuti sine ullâ causâ manifesta, teste *Galen*. 3. de loc. aff. cap. 7., absque febre, quod idem *Galen*. 2. de causa sympt. testatur. Præterea sunt pusillanimi & desperabundi in divitiis, fortunis & honoribus consequendis, & quæ omnia sunt, quæ in practicorum prostant scriptis.

Pro-

Propria quod attinet, delirium melancholicum satis est manifestum, & in præcedentibus hæc fusè fucere explicata.

Incipientem melancholiā quod spectat: Prodit illam solitudinis amor & taciturnitas, quod annotavit *Hippocrates l. 2. Coac. c. 24.* cum abjectio animi, ait, taciturna, & solitudo quæsita, ipsæ per se sui autores melan-choliā notant, oculis fixis intenti sedent, ob siccitatem organorum vaporumque crassitiem, vigiliis vexantur, sæpè vertigine infestantur, quoties vapores cum impetu adscendunt, tinnitus aurium sentiunt, dum vapores non solum spiritibus animalibus, sed & sensibus externis permiscentur, hinc modò strepitum aquarum præterlabentium, modò campanæ sonitum audire videntur.

Confirmatam indicat timor & mœror continuus, qui sine ingenti delirio conservari nequit, teste *Hippocrate b. aph. 23.* Has passiones animi alia comitantur, ut sunt suspiria de insidiis clam sibi paratis, de philtris, venenis: Nemini, ne amicis quidem, fidem adhibent, mortem optant, nihilominus tamen eam fugiunt & formidant, quod *Galenus* notavit, loc. affect. 7.

Ratione subjecti, ubi considerandum, an sit essentialis an sympathica; Essentialēm detegunt causarum prægressarum ac symptomatum atrocitas, vigilæ nimiae, solicitude ingens, vertigo major, subitus terror, &c.

Sympathicam indicant intermissione delirii, & partium inferiorum simultanea læsio. Quod autem hæc distinctio non exiguum in curatione usum obtineat, testatur *Gal. 3. de loc. affect. c. 7.* & per modum administrandi V.S. demonstrat.

Hypochondriacam prodit æstus in præcordiis cum sputo copioso, ructûs acidi, flatûs, rugitus ventris, appetitus inexplebilis, compressio diaphragmatis, lienis, hepatis & mesenterii tumor.

## CAP. IX

### prognosticum fontem aperit.

PROGNOSIN quoad, *Galenus* 6, *aphor.* 52. nullam desipientiam tutam esse dicit, ita & melancholica desipientia non erit tutâ. Periculosa autem est, tûm, quia læsio est in parte principe, ejusque actiones turbat: tûm, quia in intemperie frigidâ & siccâ, quæ vitæ nostræ è diametro est contraria, consistit: Non tamen simpliciter est lethalis, nisi ægri vel sibi ipsis violentas manus inferant, aut fame pereant, cùm nullum cibum sumunt.

Prognosin autem *ratione generis* quod attinet, melancholia non est lethalis, effato *Hippocr.* 1. *de morbi f.* 2. ubi ait, atram bilem non esse lethalem, nisi simul concurrant alia mala; quæ faciunt lethalem.

Incipiens facilior, confirmata difficilior, curatu, citior, quæ sit cum risu, hæreditaria verò vix unquam medicamentis cedit: vide de hâc effatum *Hipp. aphor.* 6. *scđt.* 8.

Ratione subjecti levior curatû est sympathica, periculosior esentialis. Viri mulieribus minus habentur desperati, & viri facilius pueris & senibus convalescent.

CAUSÆ *ratione*, si à simplici humore melancholi-

co, gravior est affectus. Si à sanguine permisto, facilior; Corrigitur enim à sanguine malitia complexionis frigidæ; præterea facilius aufertur, quæ ab atrâ bile leviter adustâ, quam quæ à vehementer retortidâ proveniunt. Pejor, quæ à bile assatâ emanat. Pessima autem est, quæ agit occultis qualitatibus, cuius cognitio & curatio perquam difficilis est.

Quoad melancholiæ LONGITUDINEM & BREVITATEM, inter affectus chronicos est referenda, & observatum fuit, non convalescere ægros, si in usurpandis remediis non obedient, sed ad extremum vitæ terminum delirent.

MODUS EVENTUS est vel ad vitam vel mortem; Ad vitam, factâ magnâ aliquâ humoris peccantis evacuatione; de quâ loquitur Hippocrates 6. aphor. 21. Τοῖοι μανιούντοις κιρσῶν ἢ αἰμορρόιδων σπηλαιούμενοι τῆς μανίας λύσις, Si insanis varices aut hæmorrhoides superveniunt, fit mania solutio.

Galenus rectè hunc aphorismum loqui judicat de melancholico delirio, in quo sæpius talis fit solutio.

Permutatione in aliud morbum factâ, ad salutem terminatur, melancholicò humore peccante ad alias partes detruso, de quo loquitur Hipp. 7. aph. 5. & Cels. lib. 2. cap. 8.

Ad mortem terminatur in apoplexiā, ut est i. de morb. sect. 2. t. 13. in epilepsiam Galen. lib. 3. d. l. a. c. 7. in maniam teste Aretæo i. de caus. diut. pass. c. 5. in amennitiam denique perpetuām; ut hoc multa testantur exempla.

## CAP. X.

# Fons therapeuticus generalis.

**C**URATIO non est procrastinanda, inquit *Aretaeus l.i. diuinatur. cur.* sed maximè maturanda. Absolvitur autem curatio suis, quibus nititur INDICATIONIBUS, curatoriâ, præservatoriâ & vitali.

*Curatoria* desumitur à mōrbis, qui melancholiae fomitem præbent, eorumque ablationem indicant.

*Præservatoria* humores melancholicos, tanquam causas, amovendos, & symptomatum mitigationem respicit.

*Vitalis* considerat vires, quæ servandæ sunt. Quia autem cerebrum tūm secundūm primas, tūm secundūm secundas qualitates lāsionem patitur, indicatur & temperamenti conservatio, & spirituum vitalium corroboratio. Cor enim coafficitur, & reliqua viscera, quibus sua temperies restituenda & conservanda. *Paracelsus tract. i. de morb. ament. c. 2.* ad duas causas incuratione respiciendum monet, ut vaporess ex destillatione consumantur & dissipentur, & quod ex sublimatione coagulatum est, resolvatur & reducatur.

Hisce autem tribus indicationibus satis fieri poterit triplici auxiliorum materiâ, chirurgicâ, pharmaceuticâ & diatæticâ.

## CAP. XI chirurgici fontis auxilia proponit.

**E**X fonte CHIRURGICO ut primâ fronte occurrit magnum illud auxilium, VENÆSECTIO, ita magni & in hoc affectu æstimanda venit. In iis, in quibus sanguis abundare apparet, statim ab initio potest adhiberi in cubito, ex mente *Aretaei lib. 6. c. 10.* præsertim, ubi con-  
fue-

suetæ sanguinis excretiones sunt suppressæ; In mulieribus, quibus menses defecerunt, venam in talo secare oportet, docente *Alexandrō Trallianō lib. i. c. 16.* Si autem morbus sit ab adustâ melancholiâ, tunc, docet *Galenus 3. de loc. affect. c. 7.* secundam esse venam communem dextri brachii.

Quantum mittendum determinatū est difficile. Quantitas tamen ab indicantis læsione majori & minori desumenda est. Si enim sanguis niger fuerit, in convenienti quantitate erit educendus, si tenuis & bonus, statim comprimentus, quod *Gal. locō cit.* dignum obseruatū judicat.

Tempus venæsectionis commodissimum videtur initium, secundūm *Abensina & Aretæum*, antequam altas radices malum agat.

Verūm recentiores, quia melancholia est affectus chronicus, nec admodūm urget, bene præmittunt aliquam præparationem & humorum purgationem. In actu præservatorio potest ex præcepto *Galeni* sanguis ex hæmorrhoidibus educi vere & autumnō, uti hoc testatur *7. aph. 47.*, qui quotannis melancholiā corripiuntur, præservet purgatio per alvum, post per hæmorrhoides.

Venæsectioni succedunt CUCURBITULÆ cum scarificatione iterata & profundâ, si vires venæsectionem renunt. Licet enim respectū V. S. non tantum allevamenti afferant juxta quosdam, id tamen, quod flatulentum & tenue, absunt, non derelicta etiam portione crassiore sanguinis, in vicinis partibus latente.

Non scarificatæ & cœcæ, multâ cum flaminâ applicatæ & hypochondriis & partibus affectis affixæ, egrexiæ flatus dissipant, materiamque evocant.

CAUTERIA raro quidem in usum veniunt; non ta-

men sunt omnino adsperrnanda. Modum & usum cauteriorum explicat *Thomas Fienus de caut. lib. 2. cap. 6.* ¶ 14. *Severinus* cauteria cum felici successu admovit. Sic refert quoque *Gorgonius* quendam, post vulnus in capite acceptum usque ad cranium, liberatum fuisse a melancholicis symptomatibus, quamdiu vulnus fuit apertum: eodem autem clauso rursum iis correptum fuisse. Ex analogia colligunt, cauteria eodem loco applicata, maximè proficua fore. Alii huic sententiæ contrariantur, censentes humorem esse fixum & radicatum, suaq; natura gravem, ut nullò modò per cauteria eradicari possit. Quibus tamen fides ex toto non habenda.

FONTICULI à nonnullis in essentiali commendantur, vel in sincipite, vel in occipite, præcipue autem in sincipite, ubi sutura coronalis & sagittalis in medio capite concurrunt. Ajunt enim, vapores fuliginosos facilius resolvi, cum patentiores habeant exitum, & desperatis auxilium attulisse visi sunt, quod probant exemplis. Sic *Salustius* refert, mulierem ex alto cadentem fracto craniō à melancholia fuisse liberatam.

SETACEUM inter secundam & tertiam vertebrae cervicis applicatum, magni usus æstimatur. Nota enim est perpetuae veritatis Hippocratica regula, quæ supervenientia solvunt morbos, ea, si præcedant, ab ipsis præservare.

Hoc auxilii genus ipsa natura nos docuit. Dum enim varices molitur natura in cruribus, delirium minuitur, teste *Hippocr. 6. aph. 21.* Ideo maximam laudem merentur, quod suppleant locum obsessum, in quibus natura graves & diuturnos curare solet morbos, atque laudabiliores sunt, si sint infra morbum.

FRICIONES & LIGATURÆ ad vaporum discussionem  
revul-

revulsionemque diversis in partibus pro medici scopo  
& intentione utiliter institui possunt.

## CAP. XII pharmaceutica proponit præsidia.

PHARMACIA consistit in legitimâ humorum pec-  
cantium alteratione & eductione, viscerumque cor-  
roboratione.

LENIENTIA præcedunt, si æger illa admittere vo-  
luerit, quò primis viis onere suô levatis, reliqua facili-  
cum successù operari queant.

Parantur ex cassia, manna, sirupo rosar. solut. pulpâ  
tamarind. myrobal. fol. senæ, fumar. tartaro, &c.

Bz. pulpæ tamarind.

senæ Alexandr. aa. 3*fl*,

rhabarb. 3*ijj*,

4. flor. cordiat. aa. 3*j*.

Coque in s. q. aq. fumar. Colature

Bz. 3*vijj*, adde sir. ros. solut. 3*j*.

M. D. S.

Blut-reinigender Trank auff 2. mahl.

Bz. sir. de scolopend.

epithymo,

polypod. aa. 3*j*,

aq. borrag.

buglossæ. aa. 3*ijj*.

M. D. S.

Blut-reinigendes Tränklein.

PRÆPARANTIA his succeedunt:

B. seri lactis depurati 8ij,  
crystall. Fri. & Eli irroratorum, & in phia-  
lā vitreā tritorum 38,  
conservae rosar.

violar.

nymph.

portulacea aa. 3ij.

Conjugenda stent per noctem in digestione,  
manè colentur cum expressione.

M. D. S.

Digestiv-Trank auff einmahl 3iv.

B. croci & aperitivi,  
crystall. Fri. aa. gr. xv.

M.

F. l. a. pulvis, dividatur in duas partes  
æquales. D. S.

Digestiv Pülverlein.

B. essentiae stis liquida,  
fumar.

cent. min. aa. 38.

Misce exactè. D. S.

Digestiv-Essenk.

Post præparationem humorum EVACUANTIA per su-  
periora & inferiora sunt propinanda. Quæ per supe-  
riora purgant, VOMITORIA vocantur, eaqua maximè in-  
usu sunt, præprimis mitiora, ad evacuandam melan-  
choliā & pituitosos humores, qui semper fere in me-  
lancholicorum ventriculis reperiuntur, qui, si relin-  
quuntur, in melancholiam facile conyerti possunt.

**R.** croci metall. absinth. gr. iv,  
conserve rosar. 3j,  
80 cinnam. gutt. ij.  
M. F. l. a. bolus. D. S.  
**Brech-Wizlein.**

**R.** croci metall. simplic. gr. x,  
vini Hispan. 3ij.

Stent per noctem in infus. manè colentur.

D. S.

**Brech-Wein.**

**R.** vitri tonii gr. v,  
vini Francici 3ij.

Stent per noctem. Colatura  
adde oxysacchari scillit. 3iB.

D. S.

**Brech-Julep.**

**CLYSTERES** alvum evacuantes & humectantes,  
humores derivando ad subtrahendam materiam mor-  
bificam, conveniunt. Si enim alternis diebus injician-  
tur, vel indies, successivè materiam ex partibus vicinis  
ad intestina deducunt. Tuitior enim clysterum usus,  
quam purgantium per os assumtorum, propter fastidium  
& morbi diuturnitatem.

**R.** rad. althæa,  
polypod. aa. 3B,

fol. parietar.

mercurial.

malva,

violar. aa. mjj,

fl. chamaemeli mB,

sem. lini 3*B.*

passul. major. 3*j.*

Coque in s. q. aquæ fontanæ. Colatura

x. 3*j.* Adde & dissolve in eā  
elect. lenitivi 3*j.*

diacass. 3*B.*

oo viol. 3*j.*

M. F. clyster.

D. S. Ausführendes Elystier.

x. rad. polypod.

gram.

cichor. aa. 3*B.*

fibr. helleb. nigri 3*ijj.*

rad. buglossæ,

fænic.

filic. aa. 3*ijj.*

berb. malvæ,

pariet.

althææ,

ȝial. aa. 3*mj.*

prunor. No. xv. sem. 4. carmin. a. 3*j.*

Coq. in s. q. v. puræ. Colatura x. 3*x.*

adde & dissolve

elect. lenitivi cathol. 3*ij.*

diaphœn. 3*B.*

bieræ simpl. 3*ijj.*

oo chamameli 3*ij.*

vitell. ovor. No. I. \*ci 3*B.*

Misceantur.

D. S. erweichendes Elystier.

Evacuantia per INFERIORA, propriè sic dicta pur-  
gan-

gantia, nunc sequuntur, quæ in principio mitiora esse debent, in progressu fortioribus curatio continuari potest; Ubi tamen notandum, quod semper corroborantia sint intermisceda, propter facultatem vitalem; Deinde, quod medicamenta, quæ propinantur in formâ liquidâ, optimè possint exhiberi.

Ab usu helleboratorum desistunt, qui cum *Maffar. lib. 1. præl. c. 21.* pro noxio ac periculoso medicamento habent, & juxta *Avicenn. l. 3. fœn. 1. tr. 4. c. 19.* cum timore adhibendum censent. Ast metus hic vanus habebitur ab iis, qui helleborata præparata cum prudentiâ adhibent, ut suadet cum *Bruelle, Aëtius serm. 2. tetrab. c. 10.* Humectantia etiam dictis helleboratis admisceri, *Oribas. l. 8. collect. c. 2. & seq.* ostendit, quò siccitas corrigatur. Pilulæ de *lap. lazuli*, quas loco helleboratorum commendat *Aben Sina loc. cit.* magis suspectæ sunt *Saxonie* ob vehementiam.

Rx. extracti helleb. nigri gr. iv,

Dissolvantur in s. q. essentia anagallid. & sir. de pom.

laxativi. Adde

fl. tui per infer. purg. gr. iii.

M. D. S. Purgier-Säfflein.

Rx. extracti melanogogi Quercet. gr. viij,

senna g. xj.

Dissolvantur in s. q. v. anagallid. & hyper.

sir. de pom. laxativi 3ij.

M. D. S.

Purgierendes Träncklein.

Rx. fibrar. helleb. nigri preparat. 3j.

infunde per triduum in aqua pluvialis 3vij.

Coque ad consumtionem ʒij. lentō igne.

Colatura adde siripi de pom. laxat. ʒiij.

M. D. S.

Purgier = Trāncklein/ de quā cochlearia quatuor  
in jusculo sumenda.

R. massæ pil. tartar.

extracti helleb. nigri aa. ʒR.

M. F. cum sir. de cich. cum rhab. pil.

No. XXXj.

D. S. Purgierende Pillen.

R. extracti helleb. nigri gr. iv,

mechoac. gr. vij,

diagrid. ʒrati gr. vj,

MP. tartar. gr. iij,

c. ʒri s. q. f. l. a. pilulae.

D. S. ut suprà.

R. sir. Donati ab Altomari ʒiij,

extracti fol. senæ ʒij,

aq. fumar. ʒiij.

M. F. l. a. potio.

D. S. Purgier=Trāncklein.

DIURETICA, tām vegetabilia, quām mineralia,  
ut sunt spiritus salis, urinæ, tartari, non negligenda, quæ  
præprimis convenient in melancholia à toto & hypo-  
chondriacâ.

SUDORIFERA etiam eligenda temperata ex cornu  
C. phil. preparato. lap. bezoard. & diaph. bezi minerali simpl.  
vel cum sole & lunâ composito, in convenientibus vehi-  
culis: Mistura simplex ex ʒ. Oli phil. theriacali campho-  
rate & preparata. Dos. ad 38.

R. ʒ.

**R. f. diaphor.** 3*fl.*

**Elis cent. min.**

**card. bened.** aa. gr. v,  
**claoſacchari citri** g. iii.

**M. D. S.**

### Schwiz-Pulverlein.

**R. tinctura bezoard.** 3*ij.*

**✓ viperini r̄plat.** gr. vi.

**M. D. in vino.** s.

### Bezoardische Schwiz-Tinctur.

**PARTICULARIA** caput evacuantia in essentiali melancholiâ, per nares, os attendenda, ut sanguis defecatior ad cerebrum perveniat. *Lac, in quo hellebori macerata radix & elaterium, attrahatur naribus. Errhonus ex rad. ireos & euphorbio paratus pulvis officium suum præstat.*

*Salivatio artificialis, per inunctionem mercuriam, & excrementitos humores per sputum evacuandos ex toto corpore, per arterias salivales, & ductus, non erit rejicienda.*

**ALTERANTIA** tūm interna tūm externa itidem necessaria sunt. Interna varia sunt, habent vim intemperiem alterandi, & corroborandi, obstruktiones tollendi, & peculiari proprietate dispositionem melancholicam respiciunt.

**CORROBORANTIA** cerebrum & cor confortare, sanguinem mundare, & exhalationes frigidas fuliginosas respicere debent.

**R. conservæ borrag.**

**buglossæ,** aa. 3*vj.*

E 3

refar.

rosar. rubr.

flor. tunicae aa. 3*β*.

cortie. citri conditorum, 3*j*,

rad. cichor. caul. lact. hispan. a. 3*vj*,

confect. de hyacintho,

alkermes a. 3*j*,

spec. latifl. Galeni 3*β*.

Cum sfr. flor. 4. cordial. q. s.

Sub finem addendo tincturæ lunaæ non cor.  
resivæ 3*ij*.

M.F. electuarium, De hoc capiat æger ad magni-  
tudinem castaneæ, superbibat julepum rosa-  
ceum vel de endiviâ compositum.

Ex. trag. Stomach. Quercet. 3*j*,

C.C. phil.

ocul. 3*β* preparat.

coral. rubr. præpar. a. g. xv,  
cachect. Quercet. c. Thibus 3*β*,  
elæus. anisi

fænic.

citri 2. g. viii,

cinnam. g. iv,

Spec. diambræ g. xv.

M. F. l. a. pulvis D. ad scatulam. S. Stärk-  
und eröfniend Pulver. Dosis 2. Messer-  
spiken.

Ex. tinctura coralior. cum succo citri parata 3*j*,

confect. alkerm. 3*β*,

aqua cordialis 3*j*.

D. in vitro.

S. Herkstärckende Mistur.

2. spec. l<sup>e</sup>tificant. Rhasis 3j,  
oss. de corde C. no. iij,  
margar. præpar.  
fragm. lap. s. prec. præpar. aa. 3j,  
confect. alkerm. 3j,  
Sacchari in aq. melisse q. s. soluti  
ad justam consistentiam 3vij.

M. exacte., f. t. a. conf. in mors. D. S.

### Kräfftige Herz-Morsellen.

IN ANODTNIS ådhibendis cautè agendum, ab experientia siquidem constat, deliria melancholicorum post usum crebriorem augeri.

His succedunt EXTERNA, imprimis autem, quæ cor refocillare, corporis calorem soverē, siccitatem sensim & sensim corrigerent valent.

LOTIONES & EMBROCHÆ capitis ex humectantibus & digerentibus, fol. lactuæ, portulacæ, malvæ, flor. rosar. violar. stœchad. Arab. capit. papav. prosunt. Quercetanus commendat lixivium cum baccis lauri, & radice hellebore nigri, herbisque cephalicis factum. Mira præstat, si in eo lintea madefacta capiti obvolvantur, & sacculus ex herbis istis suturæ coronali applicetur. Fomentum speciale descriptum videsis apud Schenck. lib. arcan. p. 52. Balneum aquæ dulcis convenit, quia principalis intentione est, in melancholia, humectatio. Convenit igitur universum corpus humectare, cùm totum fuerit exsiccatum, autore Quercet. lib. 2. de remed. quod etiam Galenô judice, 4. de sanit. tuendâ cap. 4. somnum conciliat, & 1. de usu part. cap. 13. Hoc assequemur præsentius, si herbarum temperatè calefacientium & humectantium admistione temperetur.

Bruta vel viva discerpta, vel partes eorum calide impositæ, laudantur à multis, paryi æstimantur apud quosdam.

Pro specifico habet Cardan. curat. mirab. 3. hyacinthum pulverisatum, quô per ostiduum adhibitô se multos integrè curâsse melancholicos gloriatur. Idem de lap. Chrysol. affirmat Saxonie. Aurum vitæ Kegleri, liquor saphiri, cor lupi & smaragdus de collo suspensa, specifico modô inservire dicuntur.

Inter amuleta etiam excellit adamas, quem dicunt metûs vanos expellere à mente, ideoque anachiten vocari, item gestatio urticæ cum quinquefolio. Hypericon, aliàs perforata, quæ die veneris & horâ jovis collecta inde gestata & collo appensa, hunc affectum apprimè juvare & phantasticos spiritûs expellere, prodit Marcus Antonius Zimara antrò magico-medicò lib. i. parte primâ, pag. m. 67.

## CAP. XIII fontis diætetici proponit mate- rias.

DIÆTA artis regulis, quantum fieri potest, comprehendatur, ita ut AER sit clarus, luminosus, temperatus, magisque ad humidum, quam frigidum verget.

CIBUS, quem assumere volunt, etiamsi minus commodus, concedendus, aliàs vires labefactæ concidunt, si verò medico subjaceat æger, detur cibus εὐχετής & εὐπομητής, non flatuosus, præcipue in hypochondriacâ,

sed

sed cum fatus discutientibus semper misceatur, modicè humectans, qui nec succos crassos nec duros lignat.

*Potus* sit vinum album & tenue, modicè tamen sumptum. Deficiente vino, cerevisia ex hordeo & lupulo benè cocta, eaque pura & defecata est feligenda, quæ non est nimis calida, sed quæ vim habet, blandè movendi alvum, ut Nürnbergensis, ubi tamen consuetudinis propriè talis ratio semper est habenda.

*Somnus*, qui maximè necessarius, sit ad satietatem, unde rectè statuit *Aben Sina*, somnum esse convenientiorem, humectare enim corpus & vires instaurare, quamquam alii vigilias præferre videantur.

*Excretiones* naturales ut decenter fiant, procurandum, ne τοι ἀλλωρ ξύγχυσις ναὶ τοι αἴσειν ἀκαραγ-  
οῖν omnium aliorum confusio & vasorum impuritas sub-  
sequatur.

*Alvus* quotidiè suum faciat officium, quæ, si segnis deprehendatur, glande, clystere, aut aliò aliquò laxativò naturæ ad expulsionem stimulus addendus venit.

*Urina*, si subsistat, fotibus aliisque suprà traditis est promovenda.

*Venus*, à seminis retentione factis melancholicis, auxilio est, ut & illis, quæ à sanguine menstruo retento delirant. *Alexander Benedictus Veronensis lib. I. cap. 28.* mulierem quandam per totam noctem à quindecim viris venere defatigatam, & hinc largum mensium, qui ad annos aliquot substiterant, profluviū passam, non sine magno pudore, diluculò menti sanæ restitutam decessisse, refert.

ANIMI PATHEMATA, ut timor, terror, & mœstitia, mellitis verborum blandimentis demulcenda & eorum impetus componendus. Instituantur conversationes amicorum, colloquia jucunda, ut & musica, tum vocalis tum instrumentalis, cuius efficacia magna est in sedandis animi affectibus; concentus apti animum exhilarant, tristitiae nebulas pellunt, spiritus refocillant.

Et tantum de flagello hocce medicorum in præsentiarum dixisse sufficiat, cum non pro materiae dignitate; sed pro ingenii modulo hunc affectum hac vice, levi tantum penicillô adumbraverim. Interim DEO ter optimo, terque maximo pro concessâ gratiâ, quâ conatibus nostris favere & adesse voluit, sit laus, honor & gloria in seculo-  
rum secula!

Quæ

Quæ valdè tristis cholerae  
substantia nigræ  
& quibus auxiliis hæcce  
levanda siet,

Mi FUCHSI egregio demon-  
stras hocce labore,  
de cathedrâ & loqueris  
non sine laude Tuâ.

Gratulor inde Tibi de nisu,  
SUAVIS AMICE,  
corde precans, largè com-  
moda quæq; trahat.

Ità de novis honoribus animitus  
Nobiliß. Dn. Doctorando gra-  
tulatur

P RÆS E S.

Glo.

**G**loria calcar habet; nam gloria sola labores  
Herculeos frangit. Glòria calcar habet.  
Gloria nunc celebres compensat suaviter ausus,  
Et curas æquat, FAUTOR AMANDE, tuas.  
Adplaudo cœptis Feliciter! iô triumpho!  
Pergito; nam plures gloria tradit opes.

**P**aucalis hisce Nobilissimo atque Clarissimo Dn. Do-  
ctorando, Contubernali, Fautori, & Amico sua  
exoptatissimo de supremis in Mediinâ hono-  
ribus ex animo gratulatur

**L**edeb. Reershemius,  
Esenâ Or. Frisius.

---

**E**n tibi! nunc virtus Divæ collactea laudis  
Ridet, & Attalicis Te beat alma bonis.  
Laudis in æternum sublimis adorea sudum  
Vela tua augustat. Annuit ecce polus!  
Annuit ecce polus! Medicinæ nomina summa  
Jam tibi fert virtus. Annuit ecce polus!  
Ipse tuam niveis vitam circumsonet alis  
Laus pietasque; novus stet Tibi semper honos.

**I**ta laudatissima studia Nobiliss. & Clariss. Dn. Do-  
ctorandi, Fautoris & Amici sui haud vulgari-  
ser astumandi, excipere, eaque inclite patriæ  
& universæ Gentilitati indulgentissimè gratu-  
lari voluit

**M. Heinr. von der Lith/**  
Verd.

